Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ra nuda. Et dixit. Quid manducabas in
agro. aut quale uinum bibebas. Iterum re
spondit. Que sesce aut quales potuss in
agro. Et dixit, quomodo ergo uiuebas. Re
spondit. Manducabam panem siccum. & si in
ueniebam quodcunq; de salsamentis. &
bibebam aquam. Et dixit senex. Grandis labor
es; erat autem ibi balneum ubi lauareris. Et ille
dixit. Non. s. in flumine lauabar. quando
uolebam. Cum ergo hec omnia senex responsio
ne ipsius exegisset. & cognouisset modu
prioris uite ei atq; laboris. uolens eum pfi
cere narrauit ei suam uitam preteritam quam
habebat cum ea. secularis dicens. Me miser
um que uides de magna illa ciuitate ro
mana sum. habens in palacio maximum locum
apud imperatorem. Et cum audisset egypti
us inicia uerbo ei compunctus est. & sol
licite que dicebantur audiebat. Et ille ad
iecit. Reliqui ego romam. & ueni in solitu
dinem istam. & me que uides habui domos
magnas. & pecunias multas. & contemnen
tes ueni in ista parvula cella. Habui lectos
ex auro habentes pciosissima stramenta.